


R55  
845






MENTE LIBERA  
GES  
CHAMPEL







\*


















Colour Chart #13



85-16-24

R 55/845  
H



**D**I V O C A E S A R I , I N V I C T I S S I M O p r i n c i p i  
D . C A R O L O V . R o . I m p . A V G . C a s t i l i e .  
A r r o g o n i e , L e g i o n i , S i c i l i e , G r a n a t i , N e a p o l i ,  
N a u a r r e & c regi catholico & potentis  
simo , P . P . F . P . d o m i n o s u o  
d e m e n t i s s i m o .



A ratissima obsequia offert , & Augustalis Im-  
perij incrementa optat . Nihil est quod dubite  
sacratisse Cesar de tua in rebus agendis pru-  
detia , deferuenti in fidem Christianam zelo ,  
que ueteres Germani Imp . & principes a Be-  
benburgio , habuisse scribuntur Nihil est quod  
reformidē celitudo nē Maiestatis tuā , potētiae magnitudinē  
& supremum illud honorē fastigium , qđ pro meritis tuis , pro  
auit is & pauitis uirtutib⁹ iure tenes , Quin homuntio ego  
In simae sortis , nullius numeri , hascē ad maiestatem tuā darem  
literas , quod & Clementia tua , quæ p̄cipua regū dos est , ut  
ait uopistus , has diuū Hadrianum Aug . imitatus , non asper-  
nabitur , cum officium meum , & simul p̄fessio Theologica ut  
scriberem id exigere uiderent . Non em te præterit diue Cesar  
quos tumultus in ecclesia dei F . Martinus Luder cū antiquis  
erroribus resuscitandis , tū nouis quibusdā seminādis , excitari  
& lata iam per Sed . ap . ( ad quā om̄e iuditium fidei merito re-  
fertur ) in eius doctrinam , cōdemnationis sententia , nō deesse  
qui ad huc ambigant , an tali & tam mature p̄meditatæ sen-  
tentie parent dū sit uel minus , in dubium referant .

**C**Quod & si sciā . Maiestatē tuā pro genuina uirtute ac pri-  
udentia , longe a tanta temeritate abesse , alios tñ demirari non  
sufficiat cum de iuditio sed . ap . uacillantes audio , cum summū  
ibi sit fidei iuditii , infallibilis fides , in obliquabilis ueritas , Nā  
et si praui inueniantur suisse pontifices , qui etiam de fide non  
recte sentirent , nunq̄ tñ D . O . M . passus est , eos iniquā in fide  
seire sententiā , nec unq̄ in causa fidei ullius pape sententia ( qđ  
aij certe

certe mirandum est) retractata est, sed in suo robore semper ualida & iniusta permanxit: nam sic Christus rogans pro Petro, ut non deficeret fides eius, exauditus est pro reverentia sua: Ita cōperimus iam M. & D. ferme annis in cc. & pluribus uiginti Pontificibus: Vnde minime dubitādum, quin hec sentētia in causa fidei lata per pōtificem contra erronea Luderī dogmata Finaliter triūphabit & stabit illesa. Etiā si iam ab initio ei resisteret & fluctuaret (qd' non fiet, te uolēte Carole Maxime) minusq; ei obtemperaret, futurū tñ proculdubio, ut suū robur adipisceretur, unde seculo nostro dedecus & aliquā ignominia, animarē plurium interitus, religionis detrimentum, seditionū pluuiia, om̄is pacis & trāquillitatis uastitas secutura eēt, quare potius iam sentētiae tam sanctae parēdum est, fidei integritas, ecclesie unitas conseruāda, hereses extirpandæ, quā ut tot periculis & dānis, Germaniā & fidem & religionē exponamus.

**C**at instant pleriq; audiēdum F. Luderū, in auditum iudicari non debere, Itaq; suspendēdam Sūm. pontificis sententiam, magnum hoc loco sibi prāsidū parasse aliqui rati, multū huic loco incubunt, uelut inuincibili, Sed facile intelligis Potētissime Cæsar. In iustissimū fore oīm, ut iuditio in causa fidei a Se de Ap. a summo Pontifice & sacro collegio dato, tā diligēti & maturo, tot mensū doctissimorē uirore pmisso examine, causa decisa alibi deberet iudicari, Quin dñi Cæsares Augusti, iuditium fidei sempuiris ecclesiasticis commiserunt, ut qnī dum summi essent in regni fastigio, sacerdos es tamen fidei magistros paterentur unde & ecclesiasticorum consilijs Sacra tua Majestas indubie acquisescit.

**C**Non modica tñ me cap̄it admiratio, quare aut quomodo audiendus sit F. Luder, Si inq; uelint, eum audiendū: ut articulos propositos agnoscat, aut sēsum a se intētū explicet, nihili ratio est, qd' oī hāc causam audiri debeat, cū ex cōmissione S. D. N. a Reuerēdiss Cardinali Caietano Sed. Ap. legato a latere auditus sit Auguste: sed pertinax discēsserit: roties uocatus, cōparere neglexit: an non auditus est, curius libri per om̄es angulos Germaniæ

**G**ermaniae uolitatis, Germanica & Latina lingua conscripti, q̄  
mētē suā tot sermōibus, tot apologijs, resolutiōbus explicuit:  
ut nemini diligēter eius libros legenti, dubiū esse possit de mē  
te eius, pluribus erroribus & haeresibus inuoluta, **A**cs si libri, ue-  
luti liberi, eius mētis exp̄ssam non refert̄t ī imaginē: quā toties  
tot editis opusculis, apertissime declarauit, **E**t in disputatione  
quocq̄ Lipsica auditus est plus duabus septimanis continuis,  
sepe illuc pr̄sente & audiēte Illustrissimo principe & dñō, D.  
**G**eorgio Saxoniae duce & c̄ dñō meo demētissimo, de q̄ illu-  
stris dñatō abunde testificari poterit, quomō ab initio nullū  
iudicem pati uoluerit, que latibula abeunte etiam principe ad  
annullandum iuditium quæsicerit.

**N**eque audiēdus est idcirco ut articulos illos damnatos agno-  
scat, cū iam post Bullæ publicationē trina uice, fassus sit arti-  
culos illos esse suos: & malū malo addens, nō solū illos de nouo  
peinaciter approbat, sed etiam om̄es articulos Ioānis Hus in  
sacro & lau.abilis Constantiensi cōcilio condēnatos afferat &  
defendendos suscipiat: addens coronidem errorum, non esse in  
potestate nostra aliquid boni uel mali facere, quod omnia de  
necessitate absoluta eueniāt, quid pluribus opus est agere, sup-  
tam obstinato in fronte, & exceccato pectore.

**A**iunt eum audiēdum, ut quo pacto sua tueat & defendat.  
cui etiam & suis fundamētis faciliat At quis nō stupeat Ma-  
xime C̄esar, uanū hoc consiliū, quasi libros suos sine armis suis  
emiserit, quasi eos nō quam maxime potuerit instruxerit. de-  
fensiones tot emisit, tot apologias, tot dictor̄e suore rationes  
ut nemini docto difficile sit iudicare ḡbus fulciat, q̄ us se mu-  
niat, **Q**uae oīa p̄ uarios doctos uiros discussa, p̄sertim in urbe  
**R**oma, regra sunt fragilia & inualida p̄sidia, sacris l̄ris corrup-  
te adductis, & peiori sensu depuatis, cōtra sanctore patrū & cō-  
cilio explanatiōem hystorias deprauat, **S**anctor̄e dicta tor-  
quer, adeo ut c̄es defensiōes sue repr̄e sint fuirole, temerarie &  
male intelle. t̄x, & ego qui minimus sum int̄ sacre Theologiae  
& professores, post disputationē Lipsicā (ubi doctorū illius s̄ u.ij  
aij iuditium

iuditii ferre nolebant) sepe me obtuli, ut una mecum pergeret  
ad solem Parrhisiense studium, auditurus consumatissimum  
uirorum iudicium, **Q**uod si succubarem ego, obtuli me impetas  
ei soluturum, & reuocationem ei facturum eiusdem studij iudicatio  
solum ipse cessaret seminar errores & heres, & desineret trahere  
quilitatem ecclie infestare, at nunquam oblationi mea obsequio voluit.

**C**Ut arclementia tua Pietissime Augustae: duo preterea ma-  
xime uidentur mihi, his resistere, qui eum audiendum contendunt  
**N**am non attendunt morem condonandi a sanctis patribus ob-  
seruatim, primo enim dictum ipsum subexamene reuocant, an ueritatem sit  
uel falsum, fidei nostrae conueniens aut dissonum: ubi nulla regit  
dicentis audientia, uel presentia, **P**ost hac ad autorem dicti, in-  
tendunt, quo animo illa scripsiterit, **N**am sic Cypriani martyris  
dictum, Papie Hieropolitani, & Victorini Pictauie. sanctorum &  
de ecclesia benemeritorum, nouimus damnata, saluis semper  
autribus, **V**nde quod nullus hereticus nisi conuictus sit damnatus,  
non est ita ruditer intelligendum, uelut plerique nostri tempore  
faciunt, ac si heretico nulla suppetat amplius uerbalis praetensa  
defensio sed porrigit manus uictas, **N**am sic Prudentissime Imp.  
nouit sacra tua Maiestas, illum ita cedetem, non esse hereticum  
pertinacia aut & obstinatio facit hereticum, ideo conuictus dicitur  
qui errorem damnatum, tenere & defendere conuincitur.

**C**Aliud est sacratissime Cesar, quod monitis sum. Pont. &  
tuæ Maiestatis non acquiescentes, minus expeditum, plerosque  
errores Luderanos esse huiusmodi, qui nullam admittant defen-  
sionem, iam pridem a sacris concilijs, a sanctis patribus con-  
demnatos: quoniam ergo sententia transit in rem iudicata: qua uel  
imprudentia uel improbitate f. Luderum antiquos cineres igniter  
& ueteres hereses renouant, audiendum presumatur: **N**am &  
injuriam facit iudicatio Reuerendissime synodi, si cuius semel iudi-  
cata, ac recte disposita reuoluere, & publice disputare contine-  
derit, ait Martinus Imp. Ideo f. Luder in hoc nullatenus est  
audiendus: cum & Valentianus Imp. noluit hereticos habere  
facultatem morandi in solo Romano, sed expellendos & ultimi-  
mo super.

mo supplizio tradendos.

**C**Non desunt qui Bullā ap. calumnient, ideoq; eam per fines Imperij tui Nobilissime Cæsar, non exequēdam censem: quia nuda autoritate articuli Luderani in bulla condemnētur, sine scriptura, sine ratiōe: At hi prudentiā Augustalis Maiestatis tuæ, ab incepto sc̄iō fidei negotio, his nugis non absterrebunt cum S.D.N.papa Leo in hac bulla antiquissimorū concilioꝝ & sanctissimorū patrum, morem & consuetudinē obseruauerit. **N**ā & in sacratissima oīm Nicēna synodo canones pure, simpliciterq; enuntiant, sine scriptura sine Ratiōne, sic in constātino politana Antiochena, Sardiceñ. Calcedoneñ. Cartagineñ obseruatū est, quamvis in his doctissimi fuerint uiri, fateor anteq; cōcilium aut Pontifex pronuntiet, non debet id facere nisi scripturis aut rationib; motus. **D**octorēs deinde laborare debent in expugnādis h̄ereticorū dictis, & diluēdis eorū rationib; ita Cyprianus contra Nouatum & Ambrosius, Ita Hieronymus cōtra Iouinianū, Heluidium, Vigilantū, Pelagianos, contra qnos & Augustinus cū Donatistis, Arrianis, & Manicheis, Nō dubiū Augustinus, quia cōcilio Mileuitano interfuit, ubi Pelagius fuit condēnatus, potuisse hec eadē in synodo scripsisse, cū canonibus, quę deinde priuatim scripsit.

**C**instant alij apud Clementiam tuā, Fœlicissime Cæsar, cōciliū esse cogēdum: ut causa ista, cū alijs ad religionē nostram prīnētibus tractet, nemo dubitat, qn̄ res bona esset & R eip. Christianę utilissima, conciliū veterum instituto celebrari, ut defensus uarij in sancta ecclesia dei, emendarent, & id qui demiseri, nemo est inter bonos Christianos, qui nō cupiat: At ob Luderum cogēdum cōciliū, & totum orbem Christianum, ob hoc monstrum, inquietandū & defatigandum, quis prudēs consultum ducet: aut hanc causam tam diu p̄telandam? quo heresis illa fortior fiat, & a extirpādū difficilior, Nam h̄eresibus celeriter est obuiādū ait Inno. Scribens ad concilium cui Augustinus intererat, & Arrius parua flāma fuit in Alexandria ait Hieronymus sed quia non celeriter extincta, totū

mundum depopulata est, **N**isi enim fuisset Vuentzessal regis de  
sidia, Bohemiam non haberemus ab unitate ecclesiae diuisam.  
**A**t patere Clemētissime Caesar, ut agā cū illis qui Lüderi cau-  
sa cōciliū clamāt, **N**on enim hoc illis obijtio, qđ dīci solet, clamā-  
tes cōciliū, cōciliū, nihil aliud clamare nisi schysma, schysma  
longe enim absūm ab illoꝝ sentētia, **N**eque hoc quod parum do-  
ctrinæ & prudētiae habētes post concilium clamānt, sperantes  
futurum, ut dum statibus reformatis intenderent, ad opes &  
dignitates ascēderent, sic plerūq; lucrosa sunt aliquibus bella &  
schysmata, sed hoc ab eis exigam, an neliceat nobis sperare tā  
magnum cōciliū, rāta concordia nationū, libertime cōgre-  
gatum, quale fuit cōstantiēse cōciliū, In quo Germani His-  
pani, Itali, Angli, Galli cū ceteris nationibus, cōcordibus uo-  
tis & paribus passibus in cedebāt, ut depositis uel ultro ceſerī  
bus tribus Sum. pōtificibus, quartus omnī nationī consensu  
eligeret, sedato unius & quadraginta annoꝝ schysmate. **H**oc  
tū tale ac tantum concilium, a toto orbe Christiano recepīt,  
& laudarū, demptis aliquibns regni Bohemici, Frontoso &  
obstinato nō satissacit Monacho: quin maxime illud cōtēnit  
spēnit, calumnias, & uelut Acephali sacrū cōciliū Čake loī  
approbatum, nitebant eneuare, Ita hic F. Luder sacrū conci-  
liū Canstantiēn. conat in nihil redigere, & eius autoritate  
infirmare, **P**ulchrum capitulū, uni homini, cedat totius Chris-  
tianitatis concilium.

**C**vnde quoctūq; magno & libero coacto cōcilio, si quicquam  
grauius cōtra Lüderum statueret (sicut certissime fieret, si fu-  
eturum esset concilium, qm̄ totus scatet heretibus, ut Parris a  
cūs doctor nuper e lito libro scripsit) tunc illud æque & magis  
cōtemneret, quā Canstantiēn. illud uel aliud prætēdens, sicut &  
sanctissimis contigit cōcilijs, minuit enim præsentia famam,  
cuod quantumvis sanctis cōcilijs detractores non defuerūt.

**C**Quare similibus & hūusmodi leuiculis moriuis, sacra tua  
Maiestas non aueraſ ab instituto, quin sortita Catholici re-  
gis titulum, strenue apostolica mādata per fines Imperij R o-  
mani &

moni & amplissimum regnum tuorum, iussu etiam tuo, tā  
cias obseruāter custodiri: ut hæreses & eiros extirpentur ad  
dei gloriam, ahistat salutem, tui nominis immortale decus &  
perpetuum monumētum: **Sic** Theodosius & ualēt in annis Chri-  
stianissimi Aug: Leontio p̄p. scripsit: ne q̄s habeat Nestorij  
libros scriptos, nec legat, aut describere audeat: sed diligēti stu-  
dio questos, publice cōburen. los decreuerunt Id est idē edicto  
Augustali de libris Luteranis statuat sacra Maiestas tua: pu-  
blico eñ reprimēdus uenit: edicto, qui tam enorūiter publice  
delinquit: **Quæ** eñ insolentior temeritas ostēdi per eñ potuit  
quam quod Bullam apostolicam publice concremauit, In Sed  
Ap. & religiōis contemptum: quo modo hic tacite exultant iu-  
dei, letantur schismatici, gaudent infideles, quotquot audie-  
rint, **Fidem** nostram sic irrisam iri: **Quæ** superbiar arrogantia  
sieri potuit: quam quod ius Canonicum seu Pontificiū, edaci-  
bus flammis commisit: quod in omnibus studijs Germania,   
Hispania, Italia, Gallia & per totum Christianum orbem le-  
gitur, in iudicijs obseruatur, in concilijs custoditur: Et inexcu-  
sabile est quod Decretum combussit, In quo nihil ferme aliud  
continet quam sanctore conciliorum canones, summorum  
& sanctissimorum Pontificum decreta, sanctorum patrū sen-  
tentiae, Ibi eñ canones apostolorum continentur, concilio  
**Niceni**, **Sardiceñ**, **Antioceni**, **Ancirani**, **Gangreñ**, **Calcēdoni**,  
**Ephesini**, **Africanī**, **Mileuitani**, **Constatinopolitani**, **Arletēñ**,  
**Tolerani**, **Rom. ni** &c decreta **Anacleti**, **felicis Sixti**, **uictoris**  
&c **Sententiæ** **Augustini**, **Hieronymi**, **Ambrosij**, **Gregorij**, **Cy-  
priani** **Chrysostomi**, **Leonis**, **prosperi**, **Theodori**, **Beate**, **Isidori**  
**Florij**, **Hilarij**, & aliorum preclarissimorum patrum: Hoc opus  
summæ laudis & admirationis, non timuit in ignem proi-  
re, & cōbure: & contra tā nauiter impudentē & insolentem  
studet ad huc aliqui retrahere & auerre Christianū Maiesta-  
tis tuæ animū: quo per Augustale edictū, bullā a **Sed. Ap. ema-  
natā**, minus p̄cipias obseruari illius Rationē habendā suadēt,

b cui nullus

qui nullius rationem habet: neminem curat: neminem reueret nisi alicui aduletur.

**C**Noli igit̄ Potentissime Cæsar, Catholicū & Christianissimum animi tui propositum, immutare: sed perge feliciter sc̄ dalum ex ecclesia dei tollere: eum reprimere: qui aperte aliqua sacramēta fidei nostrae rejicit: ea quæ admittit temerat. omnē cultum religiōis nostrē immutat: sanctos contēnit ab ecclesia canonisatos: omnem hæresim Hussiticam laudat, afferit & ex tollit: pro qua labē extirpanda, adeo desudatum est per patres sacri Constancieñ. cōcilij: dein & Basilieñ. & Florentini: sed & Germani sepius sanguinem fuderunt, Austraci tui, Bauari fi nitimi tui, Strennui Misneñ. & saxones, fortes Francones, & alij Christiani, hāc tamē hæresim pestem, & hac multo piorē: sub melle infundere nititur F. **L**u terus in omnem Germaniā **Q**uod sola Maiestas tua sacratissima pro celo fidei, breui cō pendio, impedire potest: & tātum incēdium extinguere.

**C**Quod si in fide non deliquerisset: qđ tamē quam maxime fecit: adhuc hominis insolentia & procacitas intollerabilis fore: qua summū pontificem, Cardineum senatum, mille adorit in iurijs: & calumnias improbissime, qualiter non est auditum a sāculo: quāuis F. Ludernon ignoret hoc esse contra euangeli cam doctrinam, sanctor̄ patrū decreta, Hieronymi in Homilia, Chrysostomi & aliorum doctor̄ sententias: potestati obe diendum, sacerdotium uenerādum: Nolo perpetuam inserere orationem, quomō apostoli præceperint tam stricte, etiā potestati sēculari obediendum, **Q**uis honor erit Germanię, quis honor tuę Maiestati, quis honor Principib. Imperij, si ad has iniurias Pontifici Max. Successori Petri, Christi Vicario illatas, ab infimā sorti homine, & eo cucullato conniveant: **I**m mortalem sibi pleriq; Imperatores Germani peperere gloriā: qui dum molestari audiissent R o. pont. educto exercitu, Germano milite perita Italia, Pontificem ab iniurijs liberauerūt: & sumpro de reis suppliatio, minime passi sunt, sedētem in sede Petri diu - i' prolixiores quadruplo creuerunt literāe, quā p posueram

posueram ideo cesso, harum reperit testimonia probatissima, hy  
storica fide recēdere. Hoc unum rogo Cæsarea Maiestas tuali  
beralissimo ac regali vultu audiat.

**C**um Dioscorus Alexadrinus L E O N I Magno R o. pō  
tifici resisteret, acciō ad id negotio Eutychie, contraria inuectives  
hæresim Nestorio, cōuocato Ephesi conciliabulo, Leonē pon.  
R o. excommunicauit, hæresim suam firmando: Sub Marciano  
Imp. piissimo coacta magna synodus Calcedonē: nam Nicæa  
tot hospitum minus capax erat: Paschalis a R o. pont. eo de-  
stinate, dānata fuit Euthychiana hæresis: & licet patres DC  
XXX. grauit et ferrent Dioscori & Eutychis in fide erratum:  
multo tamen molestior eis fuit Dioscori temeritas: qui in Pe-  
tri sede sedērem, antiquæ Romæ episcopum, ausus fuerat ex-  
communicare: unde acclamatū est Leonī in concilio, quod esset  
Oecumenicus & uniuersalis ecclesiæ ep̄s, etiā si rumpat F. Lu-  
der: Non Romæ hoc factum, non Cōstantiæ, non Rauennæ,  
non Toleti, sed Calcedone in Asia.

**C**Expendat iam sacra tua Maiestas Heros omnium qui ui-  
uunt potētissime: an non LEO. X. suum habeat Diſcorum,  
& multo quidem peiorem: qui nō modo eum excommunicat  
(sicut Carlostadius, Velut alter Eutyches diaſtoro adherens,  
omnes suū. pontifices a ccix. annis & amplius excommunicatos  
afferit, Proh temeritas.) sed eum non esse de ecclesia christi af-  
firmat, qui sit in ecclesia Romana, Sum. pōt. furem, la-  
ronem (hōneo cum talū memini) lupum, līmo Antichristū appellat,  
& per vulgum lingua uernacula, innocentissimum Pōtificem  
traducit: ferendū ne est tuæ Maiestati, quæ non sine causa gla-  
dium portat, qui defensor ecclesiæ existis, & multis nominibus  
in ecclesia alijs antefrendus. Quod sancti patres in sc̄tissimo  
concilio egerimē tulerunt, & reos suis sedibus pepulerunt: &  
Germani Imp. armis in exteris uindicantur: surda aure princeps  
principum Carole Catholice pr̄teribis: minime.

**C**um breuis esse cōtendo Cæsar iruīde, plura pr̄terea: quæ  
in ordinem redigere fuerat cōmodum: tantū studio, ne rediū

bij afferam

afferam purgatissimis auribus tuis , sūg tot regnis & imperio ,  
pluribus occupato: Id tamen precor obnixius , unum reperere  
liceat , in prioribus obmissum: nam qui Luderō student , hoc &  
tiam afferunt: examinanda per doctos Laderi dogmata , quid  
audio bone deus? **Quasi** S.D.N. cum S.R.E. Cardinalibus nō  
sint doctissimi: inter quos reperiuntur , non pauci , in omni do-  
cīnārī genere eruditissimi plures ex his ad tantū fastigium  
eūexit , improbus labor , pertinax studiū , summa eruditio , pru-  
dens integritas: per digitos numerare possem: nisi Luderant a-  
dulatorem (ut sunt ad confitia proclives) me criminarentur ,  
**Neq; ipē unquā credidisse** (fateor) Reuerendiss. **Cardinales**  
cum Sum. pont. tantæ fuisse doctrinę & eruditio nis: nisi præ-  
sens & coram audiisse: **Et non solum Pont.** **Cardinales** , hanc  
libram expenderint: sed quicq; doctissimi in urbe uiri: quoꝝ ma-  
ximus semper solet in urbe cōfluere numerus: Porro peruersa  
Laderi dogmata plures sub examinerūt: & ad Lidiū la-  
gidem , nunquam persistēt: P. Joannes Tetzel ordinis predi-  
catorij, **Inquisitor** cōtra illa scripsit & damnauit **Saxo Saxonē**  
Scripsit cōtra illa Syluester Prierates sacri palatiū magister Ita-  
lus & dānauit: **Scripsit** Hieronymus Emser & damnauit, **Scri-  
psit** Augustinus Altueldeñ. Minotra Saxo de obseruātia , &  
damnauit: **Reuerendus** episcopus Misneñ. doctori uirorum  
consilio , sermonē Laderi inhibuit de Eucharistia per fines Di-  
ocesis suæ: scripsit Cremonēñ. & dānauit: **Quæ ego ipē** sēpius  
cōtra eum scripsi & disputati, uelut mirutiora , prætereo. **Scri-  
pserunt** laudatissima Germaniæ studia Louaniense celstudi-  
nis tue & Colonię, ac damnauerūt: habito prius Reuerēdis.  
perinde ac doctissimi domini Adriani Cardinalis Dertusensis  
consilio & iudicio , qui uir omnifariam doctus: integer & pru-  
dens , non potest non oculatissimum ferre iudicium. **Scripserunt**  
plures alij & plura , non edita in lucem: in manib; tamē habeat  
contra Luderum eruditissima, **Thomę Rhadini de Todis** his  
comitis Placentini ad sacram M aiestatem tuam oratio : alia  
**Item** non inelegans Antonij Modesti, eius qui in Viennensi  
tua Aca

teria Academia Austrica Clementissime princeps, Grecas & Latinas literas politiores dia professus est: Argentorati quidam iam recens quatuor emisit libellos aduersus errore Luder dogmata, sed nouissime, ad lo etiam doctissime, omnē errorē efficacissimis rōnibus, Lancelotus quinq; libris Maiestati tuę sacratissimę dedicatis improbavit, ut uel solus sufficiat, improbitatem hominis impudentiam retundere: Nō affero alioꝝ fiditia, quamuis doctissimoꝝ: qui libros non scripferunt, līris tamen restati sunt, Luderum ex omni parte errare: velut pari siacum superius meminimus, ita magnum Hundt Lipsicum, Iodocum Eisenachium Ertphurianū, & Vuendelinū Stainbachium Tbingensem, magnos & incōparabilis eruditionis uiros, hic prætero: ut sufficiat attigisse, dogmata Luderana, abunde a doctis examinata & purgata.

**C** Objicunt forsan diuersarij: Non tanti facimus Luderū: nec eius erroribus adhæremus: Christiani sumus: in fide parētum moriamur, quæ noua adfert dogmata Luder, prorsus respūmus, At quia natio nostra a sede ap. maiorem inmodum gratiatur, ex qua quorannis om̄e aurum & argētum rapitur, milie iujs ad curiam Romanā: ut iam patria nostra exhausta, miserrima & egestissima uideatur, quæ tamē omnī rerū copia, mincrisq; uenis auri & argenti abundat, rotum qd' effoditur in Romanum pelagus demergitur: Bene iam agitur negotiū Intuitissime Cæsar si istiusmodi causa, Bullæ executionē impedīdam student: sed audiant diuersas esse causas, desperatas & minime coherētes: causa Luderī causa fidei est: pcedat illa suo Marte uia regia, & nos catholicos & christianos esse ostēdamus. Cathedrā Petri teneamus ut Cyprianus docet, in his tuę sunt fidei, Alia est causa nationis Germanicæ, conuictum & ciuitatem respiciens: huic morbo facile medemur absq; heresibus & schismate. Nouit hoc emendare Augustalis Maiestas, cum cōcilio principum, quemadmodum superiori ætate prædecessores uestri fecerunt, unde concordata principiū emābiij narunt

narunt, maturo consilio (sedata prius Luderana hæresi) gratia  
mina illa disquirantur: quæ pro uero proferri possint in mediū  
**N**on quæ quilibet uaga relatiōne effingit, cuius cōtrarium si  
dōcēretur: natiō nostra, alienis ludibrio esset, **G**rauamina illa  
ad Sed. Ap. deferantur, mater est non nouerca, filios suos pie  
trahabit, & si quæ duriora sunt, mitigabit. **F**acile est hoc impe  
trare illo tempore: cum tam innocens, pius, impollutus clemēs  
sit pontifex, **M**aiestatis tuæ studiosissimus & amantissimus.  
ex cuius ore (maxima animi alacritate) ipse ego auritus testis  
aūxiui. **N**olle se cōmittere quicquā, quod Maiestati tuæ foret  
acuersum, unde nullus p̄f̄ ensiōe grauaminū nationis nostræ  
bullam apostolicam contra hæreses emanatam, si recte de fide  
sentit & sapit, **M**aiestati tuæ consulēt, Impediendam: quantū  
uis aliqui libellis famosis, criminatōibus, & cauillis, oppositiū  
suadeant, quoq; nullā esse apud M.T. fidē, ut iustissimū & op  
timū principem decet indubie credo.

**C**Perseueret igitur in recto, ueroq; fideiūstituto Augustalis  
clementia & nullis consilijs a proposito auertatur, quin diras  
dicat oībus luderanis sylvestro Imperio tuū constitutis. **N**ā  
sine te adiutore, Pon̄ ifex hanc hæresim extirpare non poterit,  
sic enim per omnes experim̄ hyſtorias, ecclesia claudicante  
uel in Choro, vel in imperio, fidēm quoq; nostram & religio  
nem claudicasse, ac multo plus in malo imperatore languet ec  
clesia, quā in malo pontificis, qui fā illius destituitur, **S**ed sum  
mi Pontifices, boni, bonos nacti principes, hereses facile extir  
parunt, **S**ic sanctus sylvester Constantinum Magnum habēs  
adiutorem, Arrium & Hæresim eius per Nicenum concilium  
suppressit, sed succēdente Constantio malo principe, **A**rianā  
hæresis adeo nivaluit, ut sancti uiiri, nō nisi exilio saluti sua cō  
sulerent, languebat Ecclesia sub Julianō, quamvis sanctissimi  
essent pontifices, quibus mundus nō erat dignus. **V**sq; quo Io  
uiniānus & ualentinianus Catholici principes fidei nostræ tu  
telam acciperent contra Arianos: quos Gratianus Christianis  
simus

simus, immortali ob hoc memoria dignus, omnino delevit p  
Italiam Grætiam & Aphricam: in Hispanijs tamen cessitu i  
nis tue regnis adhuc Ariani Seuiebat: quousq; Richardus  
Hispaniæ & Galliæ Rex, uera Gothorum soboles: quibus &  
prelio uincere, & regna sibi subiçere propriū fuit (ex cuius san  
guine C A R O L E inclytissime, matemam ducis originem)  
cōuocato Toleti concilio, omnes abiurare Ariana hæresim  
fecit, & Romanam sequi ecclesiam: nolentes deportauit alij  
alios carceribus mancipauit: Eytichis & dioscori hæresis con  
primi non potuit per Leonem magnum, quamvis doctum &  
sanctum pontificem: nisi dum Martianus catholicus princeps  
ei adiumento erat, in Calcedonij concilio.

**C** Sic sub piissimo principe Gratiano Macedonijs & Eudoxi  
hæresis Damasi temporibus Constantinopoli damnatur: sub  
Theodosio seniore Iunocetijs. i. Cataphrygas damnauit mō  
tanum, Priscam & Maximillā, Pelagium quoq; damnari fecit  
in Aphrica: qui iniqui comitis Juliani tutus præsidio in Bri  
tania, multa mala ingessit ecclesiæ: Gregorius sanctus & ma  
gnus quem totus ueneratur orbis ecclesiæ scissæ & diuisæ con  
sulere non potuit, Mauritio imp. obstante quam facile Boni  
facius. iij. papa adiuuant e Phoca imp. restituit, sanctus quoq;  
Dominicus clam hæresim apud Tolosam iussu Innocentij. iij.  
extirparet, armis usus est & auxilio Simonis Monfortis; & qd  
uetusta commemoramus exempla: recentiora & nota affera  
mus, Rex Richardus Angliæ çelo fidei, Cantuariensi Archis  
episcopo assistens, sub orientem Vuichlephi hæresim sedavit  
quod cum Rex Vuenzeslaus Archiepiscopo Pragueñ. auxiliū  
denegaret, hæresis in Anglia extincta. in Bohemiā autore Io  
anne Huss transplantata est: & magnū illud & diu: urnū schys  
ma, diu: Cæsaris Sigismundi labore, cura, & çelo in cōstantiensi  
concilio extinctū est.

**C** Sed nihil potuit sub Constantio, Iulij papa sanctitas: sub Cō  
stantino. iij. imp. nihil ualuit Martini papa & martyris, mira  
biliū cultus

culi magnitudo & totius uitæ integræ nihil Eugenij m̄bi  
pietas & religio: sub Mezentio, nihil effecit Vitalini pape in  
rebus ecclesiasticis diligentia. nihil Adeodati clementia, nihil  
doni in omnem religionis christianæ pietatem, studium: Sed  
dum Agatho suis moribus similem naeus esset principē Con-  
stantinum. iiii. mox Monothelitarum Hæresis deleta est: Ne  
Sus Mineruam doceam, cesso plura afferre huius rei notissi-  
ma exempla.

**C**Quare nemo ambigat, hanc hæresim iam suborientē, mox  
reprimendam: cum LEONI. X. pontifici innocentissimo, ope-  
timus princeps, Catholicus rex, piissimus Imp. contigerit: quo  
sospire, salua, tuta, & in columis erit fides christiana ac religio  
nostra: Et dum regnū Tunis, Aphros sub Christi iugo, & ipos  
Indos, religioni nostræ, magno ad hoc instructo perpetuo ex-  
ercitu conatur adjicere non patientur Maiestas tua felicissime  
Augustę, id in Aquilone decrescere, quoduel ad Austrum aut  
Orientē nomini Christiano accedit: Saxones sub Carolo Ma-  
gno colla fidei & Imperio dedere: absit ut sub Carolo Maxi-  
mo Luder Saxo, alios fidem ueram & unicā deponere faciat,  
& totam Germaniam schismaticam: Religiōis hoc est nego-  
tium Maxime cæsar, totam rem publ. christi attigit: nam quod  
in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniu-  
riam, ait Theodosius Imp. M. T. prædecessor: fœlicibus ergo  
ceptis progredere, propositum Imperatore dignum, perfice &  
Luderenam hæresim, iussibus, mandatis, ac armis comprimito  
Atq; casum illum, inter diuinā refer munera, quo contigit ti-  
bi in ipsis Imperij auspicijs, Animum tuum uere catholicum,  
toti Christiano orbi ostendere, omnibus bonis & honestis te  
admirabilem reddere: & gratiam dei demereri quam plurimam:  
De quibus omnibus uolui monere Maiestatem tuam, non  
qd' monitore egeres diue Cæsar: sed quod offitū mei debitū, p-  
fessiōis mee Theologicę munus persolueret: & tibi principi chri-  
stianissimo, aiūm meū ad obediendū & seruiendū p̄ p̄sissimū,  
ut cunḡ

ut cunctis ostenderem: Omnipotens deus Imperium tuum S' re  
gna tua, ac salutem tuam, perpetua protectione custodiat: &  
te per Greciam, ac Syriam Palestinam, vicitricibus signis, tri-  
umphatore ducat, Gloriosissime & clementissime Imperator.  
**Ex Ingelstat Bauariæ xvij Februarij Anno græ M.D.XXI.**

**E.Sacratis. & catholicae M.**

**Deditissimus**

**Capellanus**

**Joann. Eckius Theo-  
logorum minimus**

bv

ut cōq; ostenderem: Omnipotens deus Imperium tuum & re-  
gna tua, ac salutem tuam, perpetua protectione custodiat: &  
te per Gr̄eciam, ac Syriam Palestinam, uictoribus signis, tri-  
umphatorē ducat, Gloriosissime & clementissime Imperator.  
Ex Ingelstat Bauarię xvij Februarij Anno gr̄e M.D.XXI.

E. Sacratiss. & catholice M.

Deditissimus


Capellanus


Ioann. Eckius Theo-  
logorum minimus





















1521.

ECK.

Lindby - Leipzig  
Kat. 222

Wiedemann No 33

Bibl Stockholm

Pawze, Annalen VII, 127, 14 (nay  
SHANSS opp. var. p. 101

# 196

11. Mai 1918

Merk für Kugl, nay Kinecte Schatzm.

Schr seilen:





